

ingressum templum, & iuxta Consulem quendam
stetisse, rursumq; egressum in aedes Carlstadij in-
trasse: ibi filium solum inuentum, manibus ele-
uasse, quasi in terram collisurus, sed illasum dimi-
sisse, ac patri ut diceret iussisse, se post triduum re-
uersurum, & ipsum ablaturum esse: quod etiam
factum est. Nam cum post concionem interro-
gasset Consulem Carlstadius, quis grandis iste Vir
fuisset, & Consul, se neminem uidisse respondisset,
ipseq; domum reuersus ex puero, quæ accidissent,
commemorari sibi audisset, subitis terroribus cor-
reptus post triduum mortuus est. Cinglius quoq;
antea ipse sua manu composita epistola, quæ ad-
huc publice edita extat, scripserat, sibi ἀπὸ μὴχα-
νῆς in somnio affuisse monitorem, qui an ater an
albus fuerit, se non meminisse, à quo didicisset
confirmationem suæ doctrinae & opinionis de cena.
Horrenda hæc, & licet mortuis merito parcen-
dum, neq; de illis quidquam sinistre per temerita-
tem loquendum sit, tamen minimè obliteranda
sunt, ne exemplis iudicij diuini neglectis ruamus
& ipsi vel ex ignorantia, vel petulantia, vel se-
ducti & permoti ab alijs, qui videntur esse aliquid,
in easdem aut similes κακότησιαι, atq; penas, ut
passim fieri hodie solet. Non quidem dubium est,
multos nequaquam esse malos, sed bono animo sua
velle tueri. Verum rursus verum est, præfere-
ndum esse omni rationi & Philosophia, sapientia &
autoritati humane unum apicem, & unam sylla-
bam